



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Privilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

*PRIVILEGIUM.*

**S**OSEPHUS Divinâ favente clementia  
electus Romanorum Imperator semper  
Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bo-  
hemiarum, Dalmatiæ, Croatiarum, Sclavoniae,  
&c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Sty-  
riæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes  
Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore  
præsentium universis, quod cum Nobis Noster & Sa-  
cri Romani Imperii fidelis dilectus, *Joannes Philippus*  
*Andrea*, Bibliopola Francofurtensis, humillimè expo-  
suerit, se Corvini Tractatum de Personis & Beneficiis  
Ecclesiasticis in quarto suis sumptibus typis excuden-  
dum curasse, vercri autem, ne, quod sacerdos contin-  
gat, æmolorum fraude, qui editionem istam dolosè  
imitentur, impendii sui fructu destituatur, ac propter  
ea supplicaverit, ut se contra ejusmodi defraudatio-  
nem aut imitationem, decennali privilegio Nostro,  
clementissime munire dignaremur, Nos ejusdem pre-  
cibus benignè annuerimus, ac proinde omnibus & sin-  
gulis Bibliopolis, Typographis, coeterisque omnibus  
negotium librorum excentibus, serio, idque sub pœ-  
na sex Marcarum Auri puri inhibuerimus, prouthisce  
inhibemus, ne eorum quispiam intra decem Annos  
proximos ab hoc die computandos præfatum Tracta-  
tum de Personis & Beneficiis Ecclesiasticis sine Impe-  
trantis hæredumve consensu, intra Sacri Romani Im-  
perii Regnorumque ac Dominiorum nostrorum hæ-  
reditariorum fines in simili vel alio typo, modo vel for-

†† :

mâ

mâ , sive ita nudè aut cum Commentariis vel annotati-  
onibus modificatum & ampliatum , sive in toto sive in  
parte , mutatisve titulis recudere , vel aliò recuden-  
dum dare , invehere , venundare , aut etiam clam vel pa-  
lam distrahere , quovis modo præsumat , hac quidem  
lege , ut prædicti Tractatus , prout in more positum est ,  
quinque Exemplaria ad Consilium Nostrum Imperia-  
le Aulicum deferantur , isque Privilegium hoc  
Nostrum ( ne quis ignorantiae prætextu se excusare  
possit ) in fronte exhibeat ; quisquis autem Mandatum  
hoc Nostrum non observaverit , is non modò ejus-  
modi libris perperam impressis privetur , verūm etiam  
dictâ poenâ Fisco Nostro Imperiali & fraudis vindici ex  
æquo applicandâ mulctetur ; Quare mandamus  
omnibus & singulis nostris & Sacri Imperii Regno-  
rumque & Provinciarum Nostrarum hæreditiarum  
subditis cujuscunque dignitatis ac status , ne quen-  
quam Privilegium hoc Nostrum Cæsareum temerè &  
impunè transgredi aut violare patiantur , quin potius  
præscriptâ poenâ reos plecti curent . Harum testimo-  
nio literarum Manu Nostra subscriptarum & Sigilli  
Nostrí Cæsarei appressione munitarum . Quæ datæ  
sunt in Civitate Nostra Viennæ decimâ octavâ Janua-  
rii , Anno millesimo septingentesimo octavo . Regno-  
rum Nostrorum , Romani decimo nono , Hungarici vi-  
gesimo primo , Bohemici verò tertio .

JOSEPHUS.

Vt.Frid.Carl Com.de Schönborn.

*Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium ,  
Franciscus Winandus de Bertram.  
Tracta-*